



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Causæ Dispensationis Matrimonialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

re dē propofita nihil operatur iuxta difpofitionem text. in cap. cum fpeciali de appellat. ibi ftatuimus, vt fi allegauerit fe iudicem habere fufpectum coram eodem caufam iultz fufpicionis affigere: facit text. in cap. fufpicionis de officio, & potestate Iud. deleg. & in cap. legitima de appellat. lib. 6. l. apertiffimi, C. de Iudic. & tenet Spec. in tit. de recusat. §. qualiter autem debeat fieri recusatio num. 1. & licet fi dicta recusatio coram dicto Iudice inferiori propofita non fuerit, eius iurifdictio non fufpenderetur, quia recusatio, & appellatio equiparantur, vt tradit Franch. in cap. fuper 10. num. 17. cum feq. de appellat. & in rubr. eod. tit. in princip. & tenet Burfat. conf. 21. num. 21. & ficut appellatio neceffario proponenda eft coram Iudice inferiore, & a quo appellatur, vt difponit text. in cap. vt debitus de appell. & in cap. alius §. 61. dic. com. 2. q. 6. glof. in cap. fuggellum in vlt. oppofitione de appellat. & in c. appellatio eodem tit. lib. 6. & in Clem. 1. verb. maiori, eodem tit. fic etiam dicta recusatio, vt fuum effectum poffet operari coram Iudice recufato, neceffario proponenda erat, & maxime, quia ficut in appellatione requiritur, quod fiat intimatio Iudicis ad hoc, vt talis appellatio intimata operetur effectum attentatorum, vt Dec. Rot. 38. alias 309. Attestata de appellat. & inponat, vt tradit Franch. in cap. fi iustus metus quæst. vlt. nu. 41. de appellat. & Ioan. Andr. in cap. duobus eodem tit. & Speculat. in tit. de appellat. §. qualiter, verf. item fit cautus, Lapis alleg. 39. vt tradit bene Maranta in fuo fpecul. in 3. part. 6. partis princip. quæst. 2. n. 39. eodem modo, etiam requiritur, quod recufato Iudice recufatio intimatur.

RESOLVT. DXIX.

1 *Requifita qua fint, vt Index poffit allegari fufpectus, & num. 2. & 3.*

Quæ fint feruanda in recufatione Iudicis fufpecti.

Vbi non feruantur infrascripta in recufatione Iudicis fufpecti, Index procedendo ad vltiora non grauat.

1 Primo, quando in recufatione non fuit allegata caufa aliqua fpecifica fufpicionis, prout de iure canonico requiritur, Pract. Pap. in foro delin. iurifdict. in verb. rationibus, & caufis, & ibi addit, Aufter. de recuf. fufp. iud. verf. fed de iure canonico fol. 488. vbi teftatur, ita feruari de confuetudine bene verum eft, quod poffunt de nouo exprimi caufæ fufpicionis, tempore tamen debito, Aufer. ibid. verf. fed ponamus.

2 Secundo, quando non nominatur aliquis arbitex ex parte allegantis iudicem fufpectum, prout requiritur nominari in actis, Pract. Pap. in d. verf. rationibus, & caufis, & ibi addit Neouonf. conf. 36. n. 2.

3 Tercio nominatio arbitrorum reperitur facta extra iurifdictionem Iudicis allegati fufpecti vltra vnam dietam, Borgogn. decif. 28. n. 99. par. 2. Triuif. in decif. 84. & iuxta hæc fcio practicum aliquando fuiffe in Curia Archiepifcopali Neapolitana.

PRAXIS CAUSÆ DISPENSATIONIS
Matrimonialis.

RESOLVT. DXX.

1 *Caufa, ob quas conceduntur difpensationes matrimoniales.*

Quid difponat Sac. Conc. Trid.

1 *In feff. 24. de reformat. matrimonij cap. 5. in fine, hæc habentur verba in contrahendis matrimo-*

nij, vel nulla omnino detur difpenfatio, vel raro, idque ex caufa, & gratis concedatur, in fecundo gradu numquam difpenfatur, nifi inter magnos Principes, & ob publicam vtilitatem.

Quanam fint caufæ difpensationis.

Prima eft, quod cum oratrix dotem habeat minus competentem iuxta ftatus fui conditionem, cum qua virum fibi non confanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poffit, inuenire queat, & dictus orator intendat illam cum dicta minus competente dote in vxorem ducere, &c. quam referunt Fer. Emanuel. cap. 237. conc. r. num. 2. Iacob. de Graffis parte 1. decif. lib. 2. cap. 81. in fine, Ledefma de matrimon. quæst. 56. artic. fin. & in fumm. de Sacrament. tit. de matrim. cap. 27. concluf. 5. Galleg. de cognat. fpirituali cap. 22. num. 8. Gutierrez. canon. lib. 2. cap. 15. num. 107. Sanch. lib. 8. difput. 19. num. 16. Reginald. lib. 31. num. 194. vbi num. 196. refoluit cenfendam iuftam caufam difpenfandi, cum in defectu ipfo dotis inuenitur ratio pietatis, vide Henricu. lib. 12. cap. 3. §. 9. verf. 3. Egid. difp. 33. num. 47. Nos in collectan. dec. 4. par. 3. collect. 709.

2 Secunda, quod cum dicta oratrix in dict. loco, propter illius anguftiam, virum fibi non confanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poffit inuenire nequeat, &c. referunt Galleg. de cognat. fpirit. cap. 22. nu. 10. Veg. in fumm. tom. 2. cap. 34. cafu 167. Eman. d. cap. 237. num. 2. verf. la quarta, Henricu. d. §. 9. Sanch. lib. 8. difp. 19. num. 12. Egid. d. difp. 33. n. 46. Reginald. d. lib. 31. num. 196. verf. ad tertiam, vbi refoluit requiri tantum, vt intra oppidum proprium femine non inueniatur æqualis, cui nubar, refertque ita refponfum effe Archiep. Mediolan. a Congr. Cardinalium 18. Nouembr. Anno 1570. cuius refponfionis verba adducit Sanch. d. difp. 19. num. 3. dicens nu. 15. non effe adstringendam ad nubendum alicui verulo, aut durioris intolerabiliorisve ingenij, & Nos in decif. Curia Archiepifc. Neapol. decif. 25.

3 Tertia, quod cum inter dictorum oratorum parentes confanguineos, vel affines graues inimicitia ortæ iam fint, & ad præfens vigeant aliunde tamen, quam ex caufa matrimonij inter oratores contrahendi provenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum fit, quod fi oratores prædicti inuicem matrimoniali ter copularentur, inimicitie huiusmodi omnino componerentur pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt, &c. referunt Sanch. lib. 8. difput. 19. num. 8. Reginald. d. lib. 31. nu. 196. verf. ad fecundam.

4 Quarta, fi inter dictos Oratores, feu eorum parentes lites fuper rebus magni momenti ortæ iam fint, Eman. d. cap. 237. num. 2. verf. la fecunda por fe acabar vn gran pleyto, Egid. d. difp. 33. n. 45. Sanch. lib. 8. difp. 19. num. 8. vbi num. 9. refoluit, quod ad hanc caufam reducitur euitatio fcandalorum inter cognatos, & num. 11. dicit fimiliter effe iuftam difpenfandi caufam, quando difpenfatio eft quali remedium neceffarium obuiandi alicui magno delicto.

5 Quinta, quando locus ad litus maris fitus continuis inuafionibus piratarum, & fidei orthodoxæ hoftium expositus fit, propterea extreni homines, non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant accedere velint, capiunt, &c. refert Quaranta in Summa Bullar. verbo matrimoniales difpensationes.

6 Sexta, cum nifi Matrimonium inter oratores contrahatur dicta oratrix innupta, & diffamata remaneret, graniaque exinde fcandala poffent verifimiliter exoriri, refert Sanch. lib. 8. difput. 19. num. 9.

7 Septima, quando oratrix vigefimum quartum annum excederet, & hæcenus virum paris conditionis cui

cui nubere posset non inueniret, refert Quarant. dict. verb. matrimoniales dispensationes.

8 Octaua conseruatio diuitiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distraherentur ad aliam cognationis familiam, quando ex amplissima sunt, referunt Galleg. d. cap. 22. nu. 11. cum seq. Veg. tom. 2. Summ. cap. 34. casu 167. Eman. d. cap. 237. concl. 1. in fine, Agid. d. disp. 33. n. 49. Reginald. d. lib. 31. n. 197.

9 Nona excellentia meritorum in Ecclesiam, siue dispensationem petentis, siue eius cui petitur, referunt Galleg. d. cap. 22. n. 17. Sanch. d. disp. 19. n. 32. Agid. d. disp. 33. n. 49. vers. 6.

10 Decima proles habita ex consanguinea, quando bona fide suscepta est, referunt Ledelm. de matrimon. qu. 56. art. vlt. ad finem; Guttier. canon. lib. 2. cap. 15. num. 107. Sanch. dict. disputat. 19. num. 33. Agid. dict. disp. 33. n. 49. vers. 7.

11 Vndecima conseruatio Illustris familiae in eodem sanguine alias periturae, vt si eius caput esset foemina, quia hoc ad Reipub. bonum aliquo modo spectat, refert Agid. d. disp. 33. n. 49. vers. 4.

Sed quia in materia dispensationis matrimonialis dux solummodo causa in Praxi frequentiores videntur, scilicet propter incompetentiam dotis, & propter angustiam loci, opere pretium duxi de infra scriptis dubitare.

RESOLVT. DXXI.

- 1 Dos congrua, quae dicatur.
- 2 Dos incompetens, quae appellari possit.

Dos incompetens, quoniam dicatur ad effectum verificandi Bullam dispensationis.

EX modo probandi congruitatem dotis resultare, modum probandi incongruitatem eiusdem, nec verò difficile est aestimare dotis congruitatem, vt inquit Celsus in l. si filia, ff. de leg. 3. cum illa congrua dicenda sit, quae constituta fuerit, pro modo facultatum

1 tam viri, quam vxoris, aut eius, qui mulierem dotare teneret pro dignitate coniugum, & pro consuetudine loci d. l. quzro, d. leg. cum post, §. gener. ff. de iure dot. l. creditores, C. de administ. tut. d. lege si filia, ff. de legat. 3. Soccin. conf. 57. num. 25. & 27. lib. 1. vbi etiam inquit variari dotes pro temporum varietate, itaut quae olim congrua fuerit procedente tempore tenuis existimari possit, Dec. conf. 26. nu. 4. dicens congruitatem dotis considerari potissimum ex consuetudine Ciuitatis, itaut eadem dos in vna Ciuitate sit congrua, in alia sit incongrua, Corn. conf. 115. lib. 3. & conf. 107. lib. 2. col. pen. Grammat. dec. 101. num. 65. & 69. vbi videtur tradere modum probandi dotis incongruitatem, nempe si articuletur, & probetur, quod inter similes personas, similes dotes frequentari soleant, & si praefata mulieri non sit similis dos constituta, congrua sit dicenda, & quod in loco limitato soleat talis dos ex incongrua extimari, & dos congrua est, quae legitime commensuratur, idque procedere si talis dos commensurata legitime frequentari soleat in Ciuitate, alioquin, si hoc ipsum indistincte intelligeretur, totum ferè Regnum discordijs subuersum, id etiam tradit Afflict. in consit. Reg. de success. filiorum commun. Rubr. 23. num. 33. de Vbald. in cap. Rayt. ext. de testam. quod etiam videtur de mente, Brun. in tract. de statut. exclud. fecm. art. 9. num. 34. & plures alios corruat, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 149. num. 38. Gabr. conf. 142. n. 7. lib. 1.

3 Cum non ex facultatibus mariti tantum, dotis incongruitas existimetur, sed ex alijs, etiam in simul iunctis nobilitate scilicet, aut ignobilitate eiusdem facultatibus, & dignitate vxoris, potissimum verò ex con-

suetudine regionis, itaut ex omnibus in simul iunctis temperamentum quoddam adhibeatur, nec vna qualitas adeo potens est, vt alias ad se trahat, vt antea dictum fuit.

RESOLVT. DXXII.

- 1 Dispensatio conceditur mulieri, propter incompetentiam dotis.
- 2 Mandatur executioni si inuenit ignobilem, & diuitem.

Dispensatio concessa mulieri, propter incompetentiam dotis, an sit mandanda executioni, si inuenit ignobilem, & diuitem.

1 **C**onceditur dispensatio mulieri nobili, vt nubat consanguineo ob dotis incompetentiam, cum qua sibi parem inuenire non posset, si in loco adsunt ignobiles diuites, qui illam ducerent, an possit vt dispensatione, quasi parem non inuenit, breuiter dicendum, quod potest, quia paritas debet considerari ex genere, & moribus, non ex diuitijs text. est singul. in l. Iudices, C. de nupt. vbi lex inter pares magis defert generi, & moribus, quam diuitijs, & ibi notat Bald. inferens alia. Fallit si est Doctor, & diues ex notabili doctrina, Salic. in l. prouidendum, C. de postulando, vbi dicit, quod Comitissa magna nubes Doctori non dicitur nubere viro indigno, quem refert Campeg. de dote in 1. par. quaest. 3. Lup. in cap. per vestras, §. 8. nu. 12. recompenfantur enim qualitas virtutis, cum diuitijs, & nobilitate Contis, sed videtur etiam attendenda consuetudo locorum.

RESOLVT. DXXIII.

- 1 Delegatus ad dispensandum, an possit dispensare cessante causa.
- 2 Mandatum dispensandi continet clausulam si preces veritate nitantur.

An si dos, quae tempore impetrationis dispensationis erat incompetens, efficiatur, postmodum competens, itaut possit Bulla dispensationis executioni demarari.

1 **D**elegatus ad dispensandum non potest valide dispensare si post mandatum, seu indultum, sibi a Summo Pontifice concessum, cessauit causa iusta dispensandi, vnde si Papa commisit Episcopo facultatem dispensandi in Titio irregulari, vt ad ordinem, propter parentum paupertatem promoueri valeat, sed interim antequam Episcopus dispense, causa dispensationis cessat, eo, quod parentes Titij ad pinguiorem fortunam venerint, non potest Episcopus dispensare quandiu iusta dispensandi causa cessat, quandiu scilicet parentes diuitijs affluunt, ita Suarez lib. 6. cap. 20. num. 13. Sanchez lib. 8. disputat. 30. num. 2. Ratio est multiplex.

2 Tum quia mandatum ad dispensandum datur sub conditione si preces veritate nitantur, sed si preces non nituntur veritate, cessat causa, ob quam data fuit delegato facultas dispensandi, ergo delegatus ad dispensandum non potest valide dispensare, si iusta dispensandi causa cesset, postquam superior facultatem dispensandi dedit.

Etiam tum inferior valide potest dispensare, quatenus illis conceditur a Superiore, cum sit veluti mandarius, qui mandati formam seruare tenetur, sed superior non videtur concedere facultatem dispensandi, cessante iusta dispensationis causa: non enim praesumitur velle facultatem alteri dare ad id, quod ipse licite praestare non potest, cum autem ipse non possit licite dispensare siue iusta causa, sequitur non praesumi facultatem.

facultatem alteri ad dispensandum dare cessante causa in precibus narrata, etiam si causa tempore commissionis adesset.

Tandem, quia sicut superior non vult facultatem dispensandi dare, nisi subistente tali causa, ita data dispensandi facultate, non censetur velle dispensationem ipsam concedi non subistente iusta dispensationis causa.

Quinimmo ad supradictorum comprobationem valde confert, quod voluit Bonac. de legibus, disput. 1. punct. 2. quest. 10. §. 1. proposit. 2. causam, scilicet ad dispensandum requiri non solum, quando superior dat inferiori mandatum ad dispensandum, ut patet ex cap. quia circa, de consang. & affinit. verum etiam, quando inferior vult dispensandi facultatem vti; Ita, Gutierrez de matrimon. c. 126. nu. 1. Sanchez, Suarez, & alij loc. citati citandis, qui bene aduertunt confessorios, aliosque quibus dispensandi facultas datur, magna vti debere diligentia in indaganda rei veritate, ut videlicet respiciant, an preces verificentur, non solum dum ipsi dispensationem vi facultatis sibi concessæ exequi volunt, verum etiam tempore concessionis Romæ obtinent. Ita Sanchez, num. 5. contra Gutierrez loc. citat. vers. nihilominus, qui videtur sibi contrarius vers. si verò causa.

Non obstat, quod effectus consummato prout in superiori casu, non esset dispensatio cessante causa, ut bene docet Menoch. de presumpt. 189. nu. 197. Bartolus, & alij apud Sanch. & Suar. loc. cit. sed effectus dispensationis est exemptio ab obligatione legis, quæ legitimè concessa est, postquam is, cui datum erat mandatum ad dispensandum, dispensauit, ergo dispensatio, seu exemptio ab obligatione legis non cessat, si causa dispensationis cessat, antequam dispensatio suum effectum fortitur; Tum quia obligatio legis sublata est per dispensationem, effectus autem semel extinctus non potest naturaliter reproduci.

Quoniam respondetur supradicta vera esse, ac procedere de effectu dispensationis ultimato, & iam omnino consummato, non censetur autem effectus omnino consummatus, donec dispensatio fortita sit causæ effectum, propter quem data fuerat facultas ad dispensandum.

RESOLVT. DXXIV.

1 Non dicitur fieri posse, quod incommode fit, nonnulla inferuntur ad regulam.

An Dos dicatur competens respectu vnus filiar, si pater dotando illam, non possit alias competenter dotare.

1 Minime dici competentem, & sic Commissarium iure optimo possit Bullam dispensationis executioni demandare, ex quo vera, & indubitata est iuris conclusio, quod illud dicitur fieri non posse, quod commodè fieri non potest, l. nepos proculo, ff. de verb. significat. cap. faciat 22. quest. 2. quemadmodum paria sunt aliquid non esse, vel inutiliter esse, & consequenter aliquid non fieri, vel fieri non solemniter, l. vnica, C. de rei vxor. act. l. quoties, ff. qui satisfat. cog. & l. atate, §. nihil, ff. de interrog. act.

Et ita demum paria quoque sunt, non appellare, & appellare nulliter, ut per Marc. Mant. conf. 125. nu. 30 & conf. 146. n. 11. prout paria sunt, etiam non arbitrari, & nulliter arbitrari, rectè Ruyn. conf. 142. n. 4. vol. 4. & sic denique paria sunt non factam extitisse executionem, vel factam, sed illegitimè, ut per Roland. conf. 9. n. 7. & conf. 14. n. 25. volum. 1. Soc. in l. quoties n. 1. ff. qui satisfat. cog.

Etiam paria sunt factum, quid esse, vel fieri debuisse quantum ad maculam atinet amittentis, Cra-

nett. conf. 376. num. 6. 11. 20. cum sequ. vol. 3.

Immo paria sunt, etiam quod causa expressa non sit, vel expressa, & non quidem aptè, intelligibiliter secundum Mart. in rubr. ff. de fideiusor. n. 374.

Paria sunt etiam nullam habere causam conquirendi, vel habere, sed non iustam, Soccin. in rubr. n. 3. ff. quod quique iuris.

Et sic ad idem propositum paria sunt, etiam non accipere possessionem, vel accipere, sed nulliter, l. 4. §. condemnatum, vbi iuris interpretes omnes de re iudic. Roland. conf. 78. n. 26. vol. 3.

Sicque etiam paria sunt non habere titulum, vel habere sede nulli, l. quoties, & ibi DD. ff. qui satisfat. cog. Riminal. lun. conf. 343. Magnifica n. 28. vol. 3. Surd. cum alijs aggregatis per eum conf. 28. n. 52.

Pariaque sunt, quoque non adesse causam, vel falsam, & inhabilem, l. 1. §. & quidem, ff. quod cui vni. hom. Grammat. conf. ciu. 81. n. 13. prout paria sunt similiter non assignare rationem, aut assignare, & non bonam, & concludentem, ut per Spec. in tit. de testam. §. 1. vers. item, quod interrogatus, Grammat. conf. ciu. 30. num. 4.

Paria sunt, virum non habere, vel habere inutilem, ut per Glos. in l. fin. Cad leg. Flauiam de plagia. Abb. in c. bonæ memoriæ, col. 3. de postul. Prælat. Roland. conf. 9. n. 25. lib. 1. & est textus in c. 2. de trans. Prælat. ita sanè, etiam paria sunt, non habere vxorem, vel habere, sed inutilem, ut discussimus solito stylo in maritum non habere.

Immo paria, etiam sunt aliquid non fuisse factum, vel nullum habere effectum, vel aliquid factum esse, & fuisse reuocatum; ita Beccius conf. 6. n. 3. & sequent. vol. 1.

Paria quoque sunt, civilem esse funditus extinctam, per sententiam, vel nunquam fuisse natam obligationem, ut per Ang. in l. Iulianus, ff. de condict. in deb. quem ibi sequitur Ant. de Alexand. col. 6. vers. & deinde ciuilem fuit extincta.

RESOLVT. DXXV.

1 Tempus præsens attenditur.

2 Spes non habetur in consideratione.

3 Principium rei attenditur.

Dos an dicatur compens. si supplenda veniat per extraneam personam.

1 Minime dici posse huiusmodi puella dotem competentem habere, quamuis magnam hereditatem, & successionem speret, ut in proprijs terminis firmat Nauar. in consil. 19. de rescriptis, Menoch. in consil. 71. n. 6. vol. 1. Henric. in consil. 97. num. 6. & sequent. sequitur Genuen. in Prax. Curie Arch. Neapol. cap. 25. num. 9. & seq.

Mouentur supracitati, quamplurimis fundamentis, & auctoritatibus.

Primò, ex quo in omni dispositione attendatur tempus præsens, l. si ita ff. de auro, & argento legato. Achil. de Grass. in decis. 4. testamentis, Ioseph. Ludouic. in dec. Rot. Perus. 7. allegat. Soc. lun. in conf. 99. vol. 3. Parisius de resignat. beneficij lib. 2. quest. 6. vbi ex supradictis deducit, non posse, quem ordinari, abiq; titulo quamuis speret magnam patris hereditatem, sequitur Crillenzon. in consil. 14. Grass. in consil. de temporibus ordinationum, vbi plura ad hoc conducentia colligit.

2 Secundò, quoniam spes non habetur in consideratione, ut probatur apertè in l. spem, C. de donationibus, sequitur Bald. in consil. 22. n. 6. & sequent. Alex. in consil. 97. num. 8. & sequent. vol. 1. Dec. in consil. 339. vol. 3. Monal. in consil. 16. Alciat. respons. 6. referens spem

spem haberi ut non ens, quoniam multa, quæ sunt in spe, ut plurimum non eueniunt, ut probatur in §. licet, quibus ex causis manumittere non licet, Dec. in consil. 16. vol. 1. ubi ex supradictis deducit non valere pactum de hereditate viuentis, l. fin. C. de pactis, l. licet, C. cod. & latè per omnes in cap. quamvis eod. tit. in 6. quemadmodum iactum piscium vendi non posse, leg. iactum, ff. de actionibus empti, ubi latissime Bal. & Castrenf.

- 3 Tertiò, ex quo principium cuiusque rei est spectandum, l. Pomponius, ff. de negotijs gestis, Surd. decif. 102. & facit tex. in cap. principatus 191. ubi vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata principio, & ad idem expenditur text. in l. 2. ff. de origine iuris. ubi cuiuscumque rei potentissima pars principium est, & ibi Glos. rectè adducit illum versum Horatii *Dimidium facti, qui bene cepit habet* propterea Christum rebus cunctis principium dicimus, cap. cum Paulus 1. quæst. prima, quare cum principio petitionis ista puella nil valet, istud tempus attenditur, & non futurum, ut ex supradictis.

RESOLVT. DXXVI.

- 1 Suppletio quomodo facienda.

- 2 Extraneus non tenetur dotare.

Dos an dicatur compensata, si supplenda veniat per extraneam personam.

- 1 Maxima altercatio exorta fuit in Bulla dispensationis Vicario à Sede Apostolica commissaria matrimonialis ob incompetentiam dotis, nam quamuis re vera Dos reperiebatur incompetens, verum, vir quidam eiusdem Diocesis timorata conscientia: supplere illam cupiebat, fuit dubitatum, si de iure potuissimus Bullam Apostolicam executioni demandare; dicebam, Ego id omnino fieri posse, ex quo, tam tempore impetrationis, quam gratiæ Dos in veritate erat incompetens, & sic preces veritate nitentibus, & propterea gratiam exequendam, cap. ad audientiam de re scriptis, c. cum dilecta eod. tit. & latè per Ludouil. in decif. 1. Rotæ Romanæ, & probatur per omnes in l. cum mandati, C. mandati, item dicebam minime considerationem habendam per suppletionem tertie, ac extraneæ personæ, ex quo non tenebatur de iure dotare, ut probatur communiter in l. vnica, §. final. C. de rei vxor. actione, & consequenter non suffragabatur suppletio prædicta ad inducendam dotis competentiam.
- 3 Ceterum supradictis minime obstantibus viso consilio Nauarr. 13. de consanguinitate, & affinitate contrarium dixi exequendum, prout exequutum fuit.

RESOLVT. DXXVII.

- 1 Locus angustus, quis dicatur.

De secunda causa dispensationis matrimonialis propter angustiam loci circa quam dubitatur.

Quisnam dicatur locus angustus ad effectum dispensandi.

- 1 Secunda, & frequentior causa, quæ Romano Pontifici preponi solet, circa dispensationis gratiam obtinendam, est propter loci angustiam, quare multoties dubitari solet coram Commisarijs, quisnam dicatur locus angustus ad effectum, ut supradictus Commisarius iure possit Bullam dispensationis executioni demandare, & quidem ex cons. Nauarr. 7. de verborum significatio, locus ad effectum, de quo supra dici potest angustus, quoties ibidem non maneant nisi

consanguinei, inter quos matrimonium contrahi non possit, nisi præuia auctoritate, & dispensatione Apostolica.

RESOLVT. DXXVIII.

- 1 Dispensatio est stricte interpretanda.

- 2 Potestas dispensandi est amplianda.

Dispensatio concessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco vicino virum suæ conditioni parem inuenire potest.

- 1 Aliud est dubium, si dispensatio est concessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco insigni vicino suæ patriæ virum suæ conditioni parem inuenire posset; videtur, quod non per text. in l. hoc modo, ff. de condit. & demonstrationi, ubi censetur permittum, quid fieri in loco prohibito, dummodo alibi commode fieri non possit, non aliter, & dispensatio est stricte interpretanda, cap. 1. & 2. de filiis presb. in 6.
- 2 Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neapolit. cum in dispensatione non ponatur dicta conditio, & licet sit stricte interpretanda, regulariter tamen est latè interpretanda, quatenus verba sonant, & natura verborum requirit, Dec. in §. de adult. num. 169. & etiam privilegia simpliciter loquentia, sunt simpliciter intelligenda, ut non recedatur à vi verborum text. notab. ubi Ant. in cap. ad audientiam de decimis, & potestas dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda, quando nemini nocet cap. fin. ubi omnes de simon. & si Papa hoc voluisset, expressisset, & contra eum, qui legem dicere potuisset, larga est faciendi interpretatio regul. contra eum, de reg. iuris in 6. Calderin. consil. 1. de athin. & consanguinit.

Non obstat tex. in lege hoc modo, quia ibi erat facta prohibitio, quid faciendi in certo loco, in isto vero casu permisso.

RESOLVT. DXXIX.

- 1 Dispensatio Summi Pontificis super matrimonio inter consanguineos contracto liberat à pena temporalis.
- 2 Dispensatio Pontificis super radice matrimonii omnia conualidat.

An dispensatio Pontificis liberet à pena temporalis consanguineos, qui contraxerunt.

- 1 An dispensatio Summi Pontificis super matrimonio inter consanguineos contracto liberet à pena temporalis, si erant contacti propter incestum; in Lusitania fuit indicatum, quod liberet à pena, ita Gema decif. 180. quicquid in contrarium videatur tenere Bald. in Auth. ex complexa, C. de incest. nupt. Cass. consil. 43. vol. 1. Anchor. consil. 406. Abb. in cap. tuæ de procurat. Facit quod quando Papa dispensat in radice Matrimonii, omnia conualidantur, etiam pro præterito iuxta communem in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.

RESOLVT. DXXX.

- 1 Valida est dispensatio alicuius impedimenti respectu habentis plura, aliis non expressis, exceptis matrimonii impedimentis.
- 2 Habens votum castitatis, & Religionis, vel non inmundi matrimonium, si velit contrahere cum consanguinea debet exprimere impedimentum consanguinitatis, & voti.

Vica-

Vicarius cui committitur dispensatio matrimonialis propter angustiam loci, an iure mandet executioni, si ad sint alia impedimenta non expressa.

Valida est dispensatio alicuius impedimenti, quam quis pluribus impedimentis obstrictus obtinet, non expressis alijs impedimentis, nisi forte impedimenta matrimonij excipiamus. Vnde irregularis ob homicidium, & illegitimitatem, vel ob alias causas valide potest obtinere dispensationem irregularitatis, & illegitimitatis, vel alterius causae. Quamquam non potest ad ordines promoueri antequam ab omnibus irregularitatibus liberetur, ut per se patet.

Ratio conclusionis est, tum quia nullo iure probatur vnum impedimentum auferri non posse alijs non ablati. Tum quia obstrictus pluribus excommunicationibus valide potest absolutionem ab vna obtinere, tacitis, & non ablati alijs, ut patet ex dictis de censuris, & ex communi DD. sententia; ergo etiam detentus pluribus impedimentis potest vnius dispensationem obtinere tacitis alijs.

Tum quia licet cognitio omnium impedimentorum, seu vinculorum difficiliorem reddat dispensationem, non tamen hinc sequitur omnia impedimenta necessario exprimenda esse, cum non sit necesse exprimere, quicquid difficiliorem reddit dispensationem.

Vnde sicut, inquit Sanch. lib. 8. num. 22. & alij, quos retuli de censuris contra Nauarrum conf. 18. de praescriptis, Rodriq. 1. par. cap. 179. conclus. 5. Suar. lib. 6. de legibus cap. 24. num. 12. valida est dispensatio irregularitatis homicidij, quam quis contraxit ex homicidio Sacerdotis, quamuis in dispensatione non exprimat occisum fuisse Sacerdotem, cum irregularitas non sit inducta ob circumstantiam, quasi extrinsecam Sacerdotij, sed propter actionem homicidij, ita in obtinenda dispensatione vnius impedimenti necesse non est omnia manifestare, aut aperire, quicquid difficiliorem reddit dispensationem. Tum quia vnum impedimentum potest sine alio induci, ergo etiam potest auferri.

Tum quia in dispensante ad sunt omnia requisita, adest enim potestas, voluntas, & iusta causa; ergo valida est dispensatio vnius impedimenti, non facta mentione aliorum.

Tum quia sic vsu receptum est in Curia Romana, ita Nauar. conf. 7. & 8. de consanguinit. & affinit. de constit. quest. 19. Suarez lib. 6. cap. 24. & num. 6. Sanch. lib. 8. de matrim. num. 2. Salas disp. 20. sect. 15. ad fin. Henric. lib. 12. c. 3. n. 8. Emanuel Sa. verb. dispensatio num. 16. Lopez, & alij.

Dixi nisi forte impedimenta matrimonij excipiamus, nam aliqui Doctores hanc doctrinam extendunt, etiam ad impedimenta matrimonij, & putant valide obtineri dispensationem vnius impedimenti non expressis alijs, ita docet Salas d. 20. sect. 15. ad fin. Henric. lib. 12. cap. 3. n. 8. Emanuel Sa. 1. dispensatio num. 16. Rodriq. prima par. cap. 238. n. 1. & alij apud Sanch. lib. 8. d. 23. innixi rationibus allatis.

Suarez loco cit. Sanch. d. 23. num. 2. & d. 24. num. 1. Guttier. cap. 113. num. 22. de matrim. Ledesm. de matrim. quest. 56. art. 2. dub. primo ad 2. arg. Menoch. Couarruu. Cephalus, & alij apud Sanch. num. 2. excipiunt impedimenta matrimonij, consequenter putant dispensationem vnius impedimenti in materia matrimonij obtentam ab eo, qui pluribus detinetur impedimentis, inualidam esse si taceantur alia impedimenta. Ratio est, tum quia Pontifex decipitur putans contrahentes vno solum impedimento laborare, tum quia sic vsu, & stylo Curiae receptum est, cum hac tamen duplici limitatione.

Prima est, quando aliquis habet duo impedimenta,

quorum vnum potest auferri alia via, quam per dispensationem, tunc enim valida est dispensatio vnius impedimenti, non narrato altero impedimento, quod alia via, quam per dispensationem potest auferri, ut si quis volens ducere consanguineam, habeat votum, castitatis emissum ante pubertatem, & non ratificatum post pubertatem, tenetur impedimenti consanguinitatis facere mentionem, non autem voti, nam votum non indiget dispensatione, cum possit, etiam alia via, quam dispensatione auferri; potest enim a parentibus irritari, ut patet ex dictis de voto; ita Sanchez d. 23. num. 6. Guttier. de matrim. cap. 123. num. 22. & alij.

Secunda est, quando aliquis habet duo impedimenta, quorum vnum est publicum, & alterum priuatum, seu occultum, quod non potest Papae manifestari, absque infamia, tunc enim obtineri potest dispensatio publici impedimenti, non explicato occulto, quia non praesumitur Papam velle impedimentum occultum explicari, cum tanto supplicantis incommodo; Quamquam qui publici impedimenti dispensationem a Summo Pontifice obtinuit, debet postea dispensationem occultam a Sacra Penitentiaria, absque nomine personae obtinere, expresse tamen non solum impedimento occulto, verum etiam illo cuius dispensationem a Sede Apostolica obtinuit, sic enim est stylus, & praxis Sacrae Penitentiariae, ut obseruat Sanch. num. 7. Suarez n. 3. Guttier. cap. 123. n. 22. de matrim. sicq; periculum incurrendae infamiae praecauetur, cum taceatur nomen personae, obserua tamen cum Suarez loc. cit. Guttier. & Suar. loc. cit. non referre, siue utrumque impedimentum prius proponatur Sacrae Penitentiariae, & postea publicum Papae, siue e contra, valet enim eadem ratio in utroque casu.

RESOLVT. DXXXI.

1. An dispensatio expiret morte dispensantis.
2. Gratia facta non expirat morte concedentis.
3. Gratia quando censetur facta, & quando facienda.

Vicarius cui commissae est dispensatio matrimonialis propter angustiam loci, vel in competentiam dotis, an possit illam executioni mandare mortuo Summo Pontifice.

Commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij Ordinario factae, an expirent morte Pontificis: dissensio est inter Doctores, nam quidam voluerunt expirare, re adhuc integra praesertim, cum emanant pro designatis personis, ita Sanch. lib. 8. distinct. 28. num. 80. & seq. Suarez lib. 8. cap. 31. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 3. Ratio est, tum quia non sunt gratiae factae, cum dentur ad dispensandum in fauorem tertiae personae determinatae; Tum quia sic habetur in decis. Rot. apud Domin. cap. si super gratia n. 7.

Alij vero, prout ipse met Sanch. num. 87. Henriquez lib. 12. cap. 2. n. 5. cap. 3. n. ult. in comment. lit. V. Rodriq. in Summ. cap. 236. n. 3. Guttier. de matrim. cap. 125. num. 21. Suar. de cens. disp. 41. sect. 2. ad fin. & alij apud Sanch. & apud Henric. loc. cit. putant gratiam esse factam, consequenter huiusmodi commissiones non spirare morte concedentis.

Ratio est, quia tunc gratia censetur facta, quando delegatus, qui expediturus est dispensationes, est executor necessarius, quando scilicet ei praecipitur, ut dispensationes, seu commissiones expediat cognita praecum veritate.

Si vero liberum sit ipsi exequi, quia scilicet non ei praecipitur, ut exequatur, sed sola exequendi facultas datur gratia non censetur facta. Ratio est, quia nullum acquirit ius cum liberum sit delegato expedire: in pri-

in primo verò casu acquisitum est ius illi, in cuius favorem gratia concessa est; sed prima opinio probabilior mihi videtur, nam illa necessitas, quæ imponitur delegato ad exequendum, si preces veritate nitantur, potius vicem gerit mandati, quam gratiæ, & privilegi, mandatum autem spirat morte mandantis, ita Suar. loc. cit. n. 13. & 14.

RESOLVT. DXXXII.

- 1 Delegatus in causis matrimonialibus, nihil potest capere pro labore.
- 2 Quid in esculentis.
- 3 Amplia vt neque pro visura processus.

An Vicarius, cui dirigitur dispensatio matrimonialis possit aliquid capere pro capienda informatione.

1 **D**elegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore impenso in capienda informatione, & alijs actis dispensationis ex clatis verbis Breuis, ibi cuiusque muneris, aut præmij etiam sponte oblatis, & ita voluerunt Monald. conf. 33. Merenda conf. 16. Menoch. conf. 70. n. 1. vol. 1. Genuen. in prax. cap. 25.

2 Amplia, vt neque esculenta, & poculenta accipere possit, ita Nauar. conf. 21. de rescrip. Henric. conf. 23. Sayrus decif. 4. eodem tit. de rescript. & Genuen. vbi supra, & sic limitatur textus in c. statutum, §. final. de rescript. in 6.

3 Amplia secundo, vt neque pro studendo processu aliquid sumere possit, Henric. & Menoch. vbi supra, Auendan. conf. 12. arg. tex. in cap. cum ab omni de vi. ta, & honest. Clericorum, & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij.

Amplia tertio, vt neque etiam pro accessu ad examinandum testes commorantes in alijs locis, cum id tendat ad capiendam informationem, ita Menoch. conf. 22. vol. 2. & Genuen. vbi sup.

Limita si delegatus esset pauper, quia tunc crederem, quod ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro vecturis equorum, posset aliquid accipere, cum id in Breui non prohibeatur, sed tantum munus, aut præmij: & pariter si post concessam dispensationem vellent coniuges, pro eorum maiori cautela penes se habere transumptum dispensationis, non video cur aliquid a Vicario accipi non possit, sicut pro transumptu aliarum scripturarum, cum id non concernat dispensationem, & ita aliquando fuit seruatum in Curia Archiep. Neapol.

RESOLVT. DXXXIII.

- 1 Confessio iudicialis probat.
- 2 Contra propriam confessionem, quis non auditur.
- 3 Consanguinitas qualiter probetur.

Commissarius dispensationis matrimonialis, qualiter probare debeat gradum consanguinitatis.

1 **S**olet vt plurimum dubitari, si huiusmodi gradus consanguinitatis possint probari per confessionem impetrantium, & sunt, qui affirmant posse, prout Bal. in conf. 93. num. 6. & sequent. Alciat. respons. 16. nu. 3. siquidem confessio facta in iudicio plenè probat leg. prima, C. de confessis, l. generaliter, C. de non numerata pecunia, nec auditur, quis contra propriam confessionem, l. contra, qui propriam, C. eod. tit. latè, Viu. in decif. 71. & Triuif. in decif. 5. Rotæ Venetæ, & ad matrimonium dirimendum sufficit confessio coniugum, cap. super eo, vbi glos. in verb. confessionem de eo, qui cognouit, &c. & glos. in cap. si duo 35. quæst. 5.

& fuisse in Rota decifum, testatur Veral. in decif. 206. part. 2.

Ceterum contrariam sententiam veriore, & in praxi sequendam existimo, & ita Curiam Archiepiscopalem Neapol. testatur Genuen. in prax. cap. 25. nu. 15. & sequent. ex regula, quod alleganti incumbit onus probandi, l. 2. ff. de probationibus, latè Afflict. in decif. 377. Brunus de cessione bonorum, qu. 26. cuius sententiæ ratio deducitur ex verbis Bullæ dispensationis, diligenter te informes, quæ non ponerentur si assertioni impetrantium standum esset argumento, text. in l. qui testamentum, ff. de probationibus, vbi inter facientes actus prohibitos non statuitur assertioni ipsorum, vt latè per Bar. in l. si fortè, ff. de castrensi peculio, B. nint. in decif. Rotæ Bononien. prima, & Anna sing. 550.

3 Quo verò ad probandum consanguinitatem per testes, exiguntur duodecim requisitæ, quæ enumerantur in cap. licet, ex quadam de testibus, & latius per Farin. de testibus quæst. 69. n. 103.

Et vbi est probanda in certo gradu, prout in dispensatione matrimoniali diligenter animaduertant DD. Commissarij, vt testes deponant de gradu, & stipite, secundum Alex. in conf. 82. col. prima, vol. primo, Dec. in conf. 321. col. 3. & in conf. 531. num. 4. vol. 2. & fuisse dictum, refert Anna sing. 102. quem nota.

RESOLVT. DXXXIV.

- 1 Referuntur casus in quibus dispensatio impediatur.

Commissarius dispensationis matrimonialis, quo casu non teneatur illam expedire.

1 **C**rederem in duobus casibus solummodo. Primus est, si adessent scandala, nam tunc dispensatio fieri non debet ex regula tex. in cap. nihil de presumptionibus, & capit. qui scandalizauerit de regulis iuris, vbi latè per Felyn. quin immò Episcopus debet impedire matrimonium contrahendum semper, & quoties est timor scandalij futuri, Abb. notabiliter in cap. cum tuum per illum tex. de sponsalibus, & Felyn. in cit. cap. nihil citato titulo ex quo deducitur, quod si post factam dispensationem matrimonialem a delegato accuseretur matrimonij coram Episcopo, posset Episcopus cognoscere de subreptione dictæ dispensationis, vt si fuisset expressum vnum pro alio, & ita fuisse iudicatum in Curia Neapoli refert Genuen. vbi supra num. 16. & seq. ex notabili doctrina, Abb. in c. cum venissent de iudicijs.

Secundus casus, quoties appareret præcessisse copulam inter contrahentes, nec de ea fuisse factam mentionem, quoniam tunc tamquam subreptitia non est executioni tradenda, vt latè tradit Guttier. canonicarum quæst. cap. 10. quidquid voluit Nauarr. in conf. 48. & 12. de consanguin. & affinit. nam contra eum est communis DD. opinio per Garz. de benefic. par. 3. c. 4. Nald. verb. dispensatio.

RESOLVT. DXXXV.

- 1 Dispensatio tacito incestu est inualida.
- 2 Amplia etiam si interuenit post dispensationem.

Commissarius cui dirigitur dispensatio matrimonialis, an non obstante quod de copula incestuosa non fuerit facta mentio, possit procedere ad executionem dispensationis.

1 **N**on dubitatur inualidam esse dispensationem, obtentam ad contrahendum matrimonium cum affine, vel consanguineo tacito incestu, id est copula

pula inter affines, vel consanguineos habita antequam litera Romae transmittentur, vel antequam Ordinarius, cui data est facultas dispensandi dispensationem expediret, hic enim est stylus Romanae Curiae; Et haec est verior, & probabilior opinio. Sicque declaravit Eminentissima Cardinalium Congregatio.

Quod adeo verum est, ut procedat, non solum si copula habita fuit antequam litera Romae transmittentur, verum etiam si fuit habita, postquam Summus Pontifex concessit dispensationem per Ordinarium, vel etiam per confessorium exequendam; Nam dispensatio Summi Pontificis non censetur completa, nec suum sortitur effectum antequam Ordinarius, vel Confessorius cui demandata est cura expedienda dispensationis, dispensationem expedierit, ut bene docet Sanchez, & alij DD. citati.

Secus dicendum est, si copula fuit habita post expeditionem Ordinarii. Ratio est, tum quia huiusmodi copula non est incestuosa, cum per dispensationem sublatum sit affinitatis, vel consanguinitatis impedimentum.

Tum quia nullo iure, neque stylo Curiae constat faciendam esse huius copulae mentionem; Ita Rodriq. in Summa prima part. c. 238. nu. 7. Guttier. lib. primo canonicarum questionum c. 15. num. 23. Sanchez loco cit. nu. 4. & alij, qui bene observant hoc valere, etiam si in rescripto Summi Pontificis adesset clausula sub hac conditione, si copula non intercesserit, nam conditio adimpleta est, cum re ipsa copula non intercessisset antequam expediretur dispensatio; copula igitur incestuosa aperienda tantummodo est, quando dispensatio nondum expedita est.

Amplia secundo a fortiori copulam incestuosam in obtinenda dispensatione aperiendam esse, si copula fuit habita spe facilius obtinenda dispensationis, vel cum tractatu matrimonij, vel cum scientia, vel ignorantia impedimenti, non enim sufficit aperire copulam, sed etiam explicandus est animus, quamvis alter eorum tantum talem habuerit animum, vel tractatum, quem contrahentes habuerunt ante expeditam dispensationem, ut patet ex stylo Curiae, videte Sanchez. disp. 25. a nu. 24.

Limita supra positam conclusionem infrascriptis modis.

Et primo, nisi taceatur ob periculum infamiae, ut inferius explicabo. Ita Sanchez. lib. 8. disp. 25. num. 8. Ledesma de matrimon. quest. 56. art. ult. dub. 2. concl. 4. Guttier. de matrimon. c. 124. num. 12. & alij contra Nauar. li. 4. conf. 2. & 5. de consanguinitate & affinitate. Emanuel. Sa. verb. dispensatio num. 10. & de impedimentis n. 4. & alij apud Sanchez. loc. cit. num. 6. & apud Guttier. de matrimon. loc. cit. n. 14.

Limita secundo, quam dicimus de expressione incestus faciendi in dispensatione, obtinenda intelligi debere de incestu completo, id est de copula completa, cum seminis effusione, cum affine, vel consanguinea, ut patet a simili ex dictis de incestu, & de peccato nefando in tract. de matrimon. ita Sanchez. loc. cit. num. 10. qui hoc idem asserit si incestus formaliter committatur tantum ex parte vnus eo, quod alter nesciret alterum esse affinem, vel consanguineum, nam hic non est completus incestus, & cum versetur in materia penali, non est facienda extensio.

Limita tertio, & intellige de copula habita solum cum affine, vel consanguinea, non vero de copula habita cum cognata cognatione spiritali, nec ex stylo Curiae receptum tantummodo videtur, ut exprimitur incestus cum affine, vel consanguinea. Ita Nau. lib. 4. conf. de cognat. spirit. conf. ult. n. 9. quem citat, & sequitur Sanchez. loco cit. num. 9.

Limita quarto, ubi copula esset occulta, tunc enim non est necesse facere de ipsa mentionem in dispensa-

Prax. Aloys. Ricc. Pars IV.

tionem a Summo Pontifice obtinenda pro foro externo, ad contrahendum matrimonium cum affine, vel consanguinea, sed satis esse, ut illius dispensatio obtineatur a Sacra poenitentiaria, explicata simul consanguinitate, vel affinitate publica, in qua Summus Pontifex dispensationem concessit, vel concedet: idem dicendum est si incestus occultus committatur post dispensationem Summi Pontificis obtentam in affinitate, vel consanguinitate, nondum expedita per Ordinarium dispensatione. Ratio est, non quia incestus sit impedimentum Pontificium, sed quia stylus Curiae sic postulat, ut incestus coniunctus cum impedimento affinitatis, vel consanguinitatis exprimitur, ita Guttier. loc. cit. nu. 15. Sanchez. nu. 11. Nauar. & alij apud eundem Sanchez. quamquam Nauar. putat satis esse si dispensatio ab Episcopo obtineatur, quod ego non admiserim ob allatam rationem de stylo Curiae.

RESOLVT. DXXXVI.

1. *Dispensatio concessa pro foro externo non suffragatur foro interno.*

2. *Dispensatio tacita, copula est inualida.*

An dispensatio matrimonialis concessa pro foro externo, cum conditione si copula non intercesserit, valida sit, copula occulta interueniente.

1. Aliqui Doctor. putant validam esse, si dispensatio petatur in foro externo, & copula sit occulta; nam verba dispensationis intelligenda sunt iuxta dispensationis naturam, si ergo dispensatio petatur pro foro externo, incestus constare debet, consequenter si contrahentes rogentur ab Ordinario, an intercesserit incestus negare possunt etiam cum iuramento copulam intercessisse adita scilicet aliqua restrictione, exempli gratia, ut teneantur illi fateri, nam reus iuridice non interrogatur non praecedentibus iudicijs, vel infamia, ita Emanuel. Sa. verb. dispensatio n. 11. Henric. l. 12. de matrimon. c. 2. n. 7. Rodriq. in Summ. c. 238. n. 8. & alij.

2. Sed, & probabilius mihi asserendum est, dispensationem inualidam esse, non manifestato incestu, & contrahentes interrogatos de copula, licet occulta, teneri confiteri iudici interroganti. Ratio est, tum quia sic declaravit Eminentissimus Cardinalium Congregatio teste Guttier. lib. 1. canon. quest. c. 15. n. 24. de matrimon. c. 124. nu. 14. Tum etiam, quia talis interrogatio non adhibetur, ut contrahentes puniantur, sed ne matrimon. contrahatur, cum dispensatione irrita, & inualida, si ergo contrahatur matrimonium interroganti de alio impedimento, licet occulto, tenentur illud fateri iudici interroganti, vel a matrimonio abstinere, ita etiam interrogati de copula, licet occulta, tenentur eam fateri, vel a matrimonio abstinere, & hoc mihi verum videtur contra praedictos Doctor. etiam si in rescripto non apponatur conditio, si copula non intercesserit, ut patet ex allata ratione, ita Sanchez. num. 15. Guttier. num. 14. vers. si tamen, & alij.

Limita ubi contrahentes non velint, ut ea dispensatione, donec aliam pro foro conscientiae obtinuerint explicata consanguinitate, vel affinitate, cum incestu, nam si contrahentes non velint ut prima, videntur liberi ab onere respondendi iudici, quia cessat ratio propter quam iudici competeat ius de copula interrogandi, cum nolint matrimonium irritum celebrare, & inualida dispensatione; uti idem dicendum censeo si contrahentes dispensationem circa incestum pro foro conscientiae iam obtinuerint, ut patet ex allata ratione, ita Sanchez. lib. 3. de matrimon. dict. 14. n. 4. lib. 8. disp. 25. n. 16. quod idem a fortiori asserunt Nauar. Rodriq. Eman. Sa. & Henric. loc. cit. contra Gutter. loco cit. ad finem.

R r R E-

RESOLVT. DXXXVII.

1. *Augmentum dotis qualiter fiat.*

Dispensatio concessa propter incompetentiam dotis, cum clausula dummodo augeatur dos, qualiter augmentum fiat.

1. **V**T plurimum dispensationes matrimoniales Ordinarijs locorum diriguntur, & quandoque ex-primuntur oratoreni velle dotem supplere, & per Summum Pontificem apponitur clausula, dummodo augeatur dos, quare fuit dubitatum, qualiter fiat huiusmodi augmentum, & super quibus bonis impetrandis sit dos constituenda.

Et quidem dos prefata, non est constituenda simpliciter super omnibus bonis ipsius impetrandis, sed in specie debet ostendere, si habet bona, ut sit consultum uxori in casu eius mortis, ne indigeat tali dispensatione ita Genuen, in Prax. cap. 25.

PRAXIS SUPPRESSIONIS BENEFICIORVM, eorumque dismembrationis.

RESOLVT. DXXXVIII.

1. *S. C. T. sess. 24. cap. 15. tenor.*

Quid censet Trid. circa suppressionem beneficiorum.

1. **S**ac. Conc. Trid. sess. 24. c. 15. ait in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt prebende simul cum distributionibus quotidianis, ut substinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personatum qualitate, non sufficiant, liceat Episcopis, cum consensu Capituli, vel aliquod simplicia beneficia non tamen regularia ijs vnire, vel si hac ratione provideri non possit, aliis quibus ex ijs suppressis, cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum prebendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen, ut tot super sint, quae Diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiae commodum valeant respondere, non obstantibus quibuscunque reservatione generali, aut affectione, neque praedictarum vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibuscunque alijs derogationibus, vel suspensionibus.

RESOLVT. DXXXIX.

1. *Suppressio exigit causas necessarias.*
2. *Fructuum diminutio est causa necessaria suppressionis.*
3. *Fructuum diminutio, quomodo sit articulanda numer. 4. & 5.*

Suppressio, ut valide fiat, an exigit causas, & quas.

1. **Q**uamvis verò attinet ad suppressionem, cum ea euidenter tendat ad diminutionem Diuini cultus, atque ideo difficiliter permittatur, cum accessisset, & c. ex parte de constit. exigit causam praecise necessariam, secundum Tholosam de benefic. c. 19.

2. **Q**uae quidem fructuum diminutio, ita assignatur per text. in c. vltim. de verborum significat. ubi glos. & Doct. Felyn. post alios in dicto c. cum accessisset n. 17. & quoad iustificationem causae lucus, sunt aliqua circumstantiae diligenter attendendae. Quarum praecipua est, ut recte articuletur valoris diminutio, non in

genere, sed specificè cum sua causa, cum possit esse temporalis, & in specie probationem genericam per testes simpliciter dicentes fructus esse diminutos recierant DD. me informante in vna Calaguritana beneficij de Trespuentes 28. Nouembris 1607. coram Pamphilio, & ubi deficit causa testibus cognita, articulandus est valor decem annorum continuorum retro actorum computato fertili, cum sterili, Rota diuersorum decif. 189. num. 4. par. prima.

4. **A**ltera est, ut articuletur non simplex diminutio, sed talis, ut persona idonea non possit cum fructibus illis vivere, atque perferre, & absolvere omnia onera, ut non obscure censuit Felyn. in dicto cap. cum accessisset paulo ante num. 20. vers. aut ex causa necessaria, quae tamen circumstantia vestiendi est ornatu Imperatorio: non enim oportet ad mensuram expensarum querere etiam suppressiones, hoc enim simul ad avaritiam, in paritatem, perducit, sed ex his, quae sunt, expensas metiri, ita Iustinianus in authent. ut determinatus sit num. cleric. §. cum vero Deo, vers. non enim, qui habet aures audiendi audiat.

5. **E**t alia denique, ut articuletur, probetur ista diminutio non simpliciter, sed habito respectu quantitatis assignatae à principio foundationis, alias non concludet, quia si beneficiarij praedecessores diuturno tempore contenti fuerunt ea portione, & quantitate non est minuendus numerus, sub hoc praetextu insufficientiae reddituum, ut alias respondit Rota apud Seraphin. decif. 1385. num. 3. in qua allegatur alia resolutio in Calaguritana portio de Nabaia 3. Iunii 1589. coram Penia.

RESOLVT. DXXXX.

1. *Suppresso in dubio non praesumitur.*
2. *Fructuum diminutio est plenè probanda.*

Fructuum sufficientia in dubio praesumitur ad effectum inuolundandi suppressionem non apparente in actis suppressionis insufficientia.

1. **A** Nimaduertendum summopere est in hac suppressionum materia, numquam illam fieri debere nisi redditus Ecclesiae diminuti probentur, ut fuit in Rota resolutum in vna Burcen. beneficij 15. Nouembris 1610. coram Ludouico, & tradant DD. in c. cum accessisset de constit. Seraphin. decif. 1345. nu. 1. ubi dicit numquam esse faciendam suppressionem nisi redditus Ecclesiae diminuti probentur, & fuit plenè dict. in Calaguritana beneficij 28. Nouembris 1607. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Calaguritana de Iocano de anno 1601. coram Cordub. late Garfia de benefic. part. 12. num. 2. cap. 1.

Cuius ratio est, quoniam in dubio redditus Ecclesiae aucti potius, quam diminuti praesumuntur Angel. conf. 274. n. 4. in fine, & beneficia de sui natura praesumuntur congrua c. nemo de consecrat. distinct. prima. Caputaquen. decif. 62. nu. 1. part. 1. tenuit Rota in vna Calaguritana beneficij de Iocano 9. Aprilis 1601. coram Domino Cardin. Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decif. 1385.

Et interpretatio illa fieri debet, quae sit fauorabilis in augmentum cultus Diuini, ut tenuit eadem Rota in vna Calaguritana portio de Nabaia 2. Iunii 1589. coram R. P. D. Penia, & in vna Burgen. reductionis beneficiorum 15. Nouemb. 1620. coram Eminentijs. Cardin. Bononiens. demum S. D. Gregor. XV. relata a Farinac. p. 2. tom. 1. decif. 316. num. 4.

2. **H**aec autem, ut supra diximus, fructuum diminutio est plenè probanda, quia fructus potius aucti, quam diminuti praesumuntur, ut firmatur in hac decif. & tradit Gigas de pens. quaest. 9. n. 9. vers. & praedicta Seraphin.